

Num

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.



Num	Prevides	
1.	D. S. Struch.	De Jure Militiae imperialis
2.	D. J. Siebrano	De Jure Conceptorum singulari.
3.	Frederici	De Juribus militum singularibus
4.	Pechman	De eo quod circa equos publicos iustum est.
5.	Willebrand	De homicidiis permissis et unpunitis
6.	Simon.	De excubiis togatis atq; sagatis.
7.	Lincke	De metallicis militariis
8.	Lincke.	De Moeris Juribus munitis
9.	Gurgel.	Observationum militarium centum.
10.	Stevyt.	De iniusto armorum usu.
11.	Barthil.	De Judio militum privilegiato
12.	Kelving	De armatura episcopali
13.	Walther.	Num ipse Rex vel Princeps bellis praerens adesse debeat.
14.	Schnitzer.	De Praemunitioibus Statutorum
15.	Schalze	De Inducis belli
16.	Goppert	De Captivitate
17.	Jena.	De Captivitate quae in bello est.
18.	Heinrici	De Captivitatibus Principum
19.	Pennio Stockh.	De Captivitate Civium censuris eadem menda.
20.	Berger	De Privilegiis militum circa testamenta.
21.	Herdesiang	De re ac jure militari
22.	Pritsch.	De Jure Frustrationis & Sequelae.
23.	Hammer.	De milite Deserto
24.	Donaver	De liberis dimissis.
25.	Strove	De Frasis militari
26.	Felajny	De Praeda militari
27.	Neber	De Receptu rerum

Num.	Præsidij	
28.	Phaden.	De Jure belli.
29.	Horn	De bello.
30.	Coccejus.	De Fuga.
31.	Cronst.	De Officio Transiugorum militandi adversus.
32.	Coccejus.	De partibus Desertorum
33.	Idem.	De Guarantia pacis
34.	Præger.	De Officio et Jure Mediatorum Pacis
35.	Rudolph.	Quæstio Permaçicus.
	Mein	De Neutralitate
		Dispositiones miscellaneæ in
36.	Scharf	- foederibus. videlicet
37.	Dechmann	- belli commercis.
38.	Loeier	- manu regia et militari.
39.	Scharf	- duellis.



JEHOVA MODERANTE!
DISPUTATIO JURIDICA

DE
MANU RE-
GIA ET MILITARI,

Quam

DIVINA AUXILIANTE GRATIA
*Permissu & Auctoritate Magnifici, Nobilissimi &
Amplissimi Jctorum Ordinis in Illustri & Florentissima*

LL. nutrice SALANA

SUB PRÆSIDIO

VIRI

PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ET EXCELLENTISSIMI

D. N. ADRIANI BEIERI,
J. U. D. LONGE FAMIGERA-
TISSIMI,

*Domini Fautoris, Patroni atq; Præceptoris quòvis
observantia cultu etatem prosequendi,
publicæ Doctorum Disquisitioni submittit,
In Auditorio Jctorum, Horis consuetis*

FRIDERICUS SEIBAUER

Posoniò-Hungarus.

AUTOR & RESPONDENS.

Ad Diem Octobr. M. DC. LXIIX.

JENÆ, Typis WERTHERIANIS.

SERENISS. ELECTORUM, ET PRINCIP. &c. &c. &c.

CONSILIARIIS EMINENTISSIMIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
ET CONSULTISSIMIS.

DN. ANDREÆ NEUMANN

Serenissimi Electoris & Principis Bran-
denburg. &c. &c. &c. Consiliario Gravissimo, & in Au-
la Cæs. Regiæque Majestatis Residenti Eminentissimo.

UT ET

DN. FERDINANDO PERSIO

à JOHNSDORFF / Serenissimi Ele-
ctoris ac Principis Palatini Rheni &c. &c. &c. Consiliario
Gravissimo, & in Aulâ Cæs. Regiæque Majestatis Residen-
ti Eminentissimo,

*Domino meo Cognato filiali cultu sanctè vene-
rando, colendo.*

NEC NON

DN. JONÆ SCHRIMPFIO

Serenissimi Electoris & Principis Saxo-
niæ &c. &c. &c. In Aula Cæs. Regiæque Majesta-
tis Consiliario Gravissimo.

*Dominis meis Gratosiss, Cognato, Patronis, Fautori-
bus & Promotoribus devotò observantiæ clientelaris cultu eta-
tè venerandis & respectivè filiali obsequiò colendis*

Has studiorum primitias in debitæ observantiæ signum, mei, studio-
rumq; commendationem observantissimâ submissione

Dedico offero consecro

A. & R.



In Nomine Domini Nostri Jesu Christi ad omnia consilia omnesq. aetūs semper progredimur.

L. 2. C. de offic. Praef. Prat. Africa.

De

MANU REGIA.

Thesis. I.



um natura caetera animantia pleraque nativis instruxerit armis, Leonem, Ursum, Felem, & similia unguibus; Cervum, Bovem cornibus; Canem dentibus; Equum calce; quin scorpionem caudā venenatā, solū verò Hominem produxerit inermem: non mirum est, si ingenio beavit omnium armorum inventore; manus itidem finxit omnibus illis tractandis idoneas; Ita, ut vires nostras corporis non alio magis ostendamus membrō, quàm manu.

Th. II.

Nimirum, postea quàm praedicta natura hominem *Manus* ita produxit, ut rebus necessariis prorsus careret, desiderio tamen illas habendi instruxit, istud verò apud pleros- *pro arbi-* que perversum esset, & in mutuam converteretur per- *trio &* *potestate.* niciem, defensio adversus hasce injurias fuit necessaria, & dum singuli non sufficerent, coitum denique fuit in societates, quæ nec ipsæ tamen potuerunt prius esse beatæ, quàm inciperent esse ordinatæ, sic ut essent

A

qui

qui præessent, & qui subessent: Illi publicâ pollerent & autoritate & potestate, relictâ his obsequendi solùm gloriâ.

Th. III.

Prælatio autem isthæc tum ad tuendos tum ad coërcendos alios, competens, ut dictum, sine potestate nec obtineri potest nec conservari, atque adeò non ineptè manuum symbolò refertur, sicut manu sapius & vi expediuntur, quæ arte superari non poterant; & Alexander Gordium nodum gladiò secabat, dum ingenio extricare non poterat. Ostendimus itaque potestatem nostram Manibus, non solùm in aliis subjiciendis coërcendisve, sed etiam in tuitione ac defensione vitæ, corporisve proprii, ac rerum fortunarumque nostrarum, nec minus, si quas alii nostræ concedant fidei.

Th. IV.

Hæc res elegantissimis loquendi modis & variis manuum generibus ortum dedit, ut eas modò Regias, modò Militares, modò Dominicas, Patrias, Maritales, item aliquando Longas, exiguas, fideles, tumultuarias, armatas, audaces, vel alias dictas observemus. Nos eas potissimùm selegemus, quæ considerationis juridicæ esse possunt: ac quæ de quavis specie dici possint, pro ingenii & temporis parvitate breviter perstringemus.

Th. V.

Impugnatio, subjectio atque coërcitio aliorum vel jure fit, vel injuriâ. Jure sibi subjectos tenet quivis Princeps subditos suos, quibus normam agendorum præscribit, eorumque actûs in futurum dirigit, exercitos verò dijudicat, atque ad suæ voluntatis trutinam

nam

nam examinat, ecquid conformes sint intentioni at-
que praesenti regimini, an secus: Hos corrigit, & si
opus est, punit: Illos verò condignis afficit remune-
rationibus. Utrumque autem vel ex idea quadam, &
secundum formam praescriptam, quam artifices Mustri-
colam dicunt, vid. Gotofr. *ad l. s. §. f. ff. ad L. Aquil.* vel
pro re nata, secundum quod videtur, & ex abrupto,
quod Germani dicunt, *aus der Hand/ aus dem Steg-
reiff.*

Th. VI.

Nimirum, Republicae duorum sunt generum:
Aliae ita compositae sunt, ut paucissima relicta fuerint
arbitrio judicantis, pleraque jam legibus definita, ad
quas casus emergentes decidendi veniunt. Alicubi ve-
rò laxior est potestas Imperantium, ita ut facta contin-
gentia secundum quod ipsis aequissimum videbitur, diju-
dicare valeant, atque adeò quaelibet illorum definitio,
non tam judicialis decreti & sententiae, quam latae legis
speciem referat.

Th. VII.

Eum in modum Populus Romanus noviter ceptam
Rempublicam administrabat, teste Pomponiò, *in singula-
ri Enchiridii libro*: ubi regimen hoc tersissimè MANUM
REGIAM adpellat, quando inquit: Et quidem initiò civi-
tatis nostrae, Populus sine lege certa, sine jure certo pri-
mum agere instituit, omniaque MANU à Regibus guber-
nabantur. *l. 2. §. 1. ff. de O. J.* Quibus verbis hoc ipsum in-
nuere mihi videtur, statum fuisse popularem & liberum;
formam gubernandi fuisse Monarchicam; penè ad sta-
tum Venetorum, ubi sub unius capitis veneratione Opti-

*Manus
Regiae*

A 2

mates

mates rerum potiuntur: in hoc verò degenerasse, quòd libertatis suæ custos non admodùm fuerit providus.

Th. VIII.

Quid Populum Romanum impulerit, ut laxatò freno liberis adeò reliquerit Regibus manûs; utrum illa tempora subitanea requisierint consilia, quando vicini Italiae populi novam hospitam, Rempublicam Romanam, lævis adspiciebant oculis, (quæ fermè ratio pro Senatus Consultis ad §. 3. J. de N. G. & Civ.) An, quòd nascentibus Rebus publicis non adeò certa possit regula præscribi, sed forma, è materiæ potentia producenda, sub initium ambigua & anceps existat? meum jam non est definire; sed potius peritos Politicorum artifices audire. Hoc solum pro certo habeo, Præstare, pleraque jam legibus definita esse, atque paucissima arbitrio Gubernatorum relicta esse: si rectè doctrinam Magnifici & Prænobilissimi Dn. Struvii, Jcti & Antecessoris quondam in his Athenis primarii, nunc Serenissimis Sax. Ducibus Vinariæ à Consiliis Cameralibus & Aulicis splendidissimi, in suo *Syntagm. Civ. Ex. I. th. 4.* percepi.

Th. IX.

Regia tamen Manus, ut credo, nequaquam libidinem ac dominandi licentiam tyrannicam denotat, cujus Symbolum est: Sic volo, sic jubeo: sit pro ratione voluntas! sed quæ nihilominus intra rectæ rationis cancellos sit inclusa. Nec movemur voculâ PLACET in §. 6. J. de J. N. G. & Civ. postquam innumeris fermè exemplis evincere possumus, verbum istud Acquiescentiam denotare in certo quodam concluso post multa hinc & inde disputata: videantur loca in §. 25. J. de R. D. pr. J. de Satisfact. & sim.

Th. X.

Th. X.

Sed, cum dulcedo imperii semel gustata, difficulter extingatur, & congenitus quasi nobis sit aliis imperandi appetitus, ac procliviores simus in excessum: Ipse praelaudatus Populus Romanus proprio periculo edoctus ac cautior redditus, arctiorem regiminis formam desideravit, ablegatisque post Regifugium in Græciam, in qua tunc plurimæ florebant Civitates liberæ, viris peritis, exploravit, quâ viâ, quibusve cautelis illæ suam tuerentur libertatem; qua occasione salutares XII tabularum Leges fuerunt compositæ, & sic fundamentum futuro regimini limitato jactum.

Coarctata per L. 12. tabl.

Th. XI.

Sed, annon ad pristinam Manum regiam sub Augusto reditum fuerit, parum abest, ut & ipse credam, & aliis simul persuadere audeam. Qui, postquam cuncta discordiis civilibus fessa sub imperium nullo adversante acceperat, ac sive scævissimâ proscriptione, sive per acies Nobilissimum quemque aut ferocissimum sustulerat, ceteros Nobilium quantò quis servitiò promptior, opibus & honoribus extollebat. Et quanquam is Populo in electione Consulum aliquid concesserit, ut innuit Dion Cassius *Lib. 54.* rectè verò idem observat *lib. 53.* hanc libertatem in speciem tantum Populo concessam fuisse, cum nihil fieret, nisi quod Octavio Augusto placeret.

Reducta per Augustum.

Th. XII.

Quin ipse Populus Romanus omni denique se exuit imperiò, atque id in Principem transtulit: quam conventionem Legem dicunt Regiam, quâ Princeps omnibus aliis legibus fuit exsolutus. Et quamvis sint, qui vel

Lex Regia Romanorum.

(1) planè negent Legis Regiæ existentiam, v. g. Martinus

Schookius, Professor olim Ordinarius Groeningensis, hodie verò Honorarius in Electorali Viadrina: in epistola, quam Gerhard. Cocceji Scti Commentariis ad Tit. ff. de Orig. jur. opposuit: cui accensemus Scipionem Gentilem Oratione Reſtorali 3. de lege Regia: scribentem: Leges & Senatus Consulta de Stillicidiis, Aquæductibus, de Aleatoribus, de Fullonibus etiam, aliisque parvis de rebus, quàmvis Reipubl. utilibus ac necessariis, non obruit oblivio vetustatis: Qua lege imperium orbis terræ, atque possessio humani generis ad unum hominem delata est, præter nomen, nihil scitur.

Th. XIII.

Sed enim, argumentum à silentio Historicorum non adeò tutum esse, Logicorum filii nōrunt: imprimis quando aliunde testimoniis & rerum documentis causa confirmari potest. Quare, non modo B. Ungeb. Ordinarius quondam in hac Salana meritissimus, veram entitatem legis Regiæ propugnandam sibi sumsit: *Exerc. Justin. II. qu. 4.* Verùm & Joh. Frid. Scultetus ex professo hoc argumentum tractandum suscepit in sua *inaugurali VVitebergæ 1662. habita, de Lege Regia.*

Th. XIV.

Vel (2) Vi extortam, aut certè emendicatam asserunt: id quod agit Arnoldus Clapmarius in suo *tractatu Arcan. Rerum publ. L. II. c. 15. p. 9.* quando inquit: Pleraque Regna vi & bellò, nonnunquam per scelera occupantur, qui titulus, quandoquidem invidiosus est & violentus, consultius est ementiri Imperii leges & Scta, vel saltim invitis extorquere, quæ postea omnibus aliis postpositis sola & velut *ἐκ αἰνυμοῖς* magnificè ostentaturi, *ὅπως*, ut ait Xiphil. *μηδὲν δόσιως τινὸς ἔχειν δεικῶσιν.* h. e. ut omnia habere videantur

tur

tur concessu populi. Sicut etiam in contractibus priva-
tis color quaeritur, ut ait Julianus *l. 7. ff. de SCt. Maced.* Quod
certior sum Legem Regiam, quae de Imperio Principis la-
ta dicitur, quaeve Populus ei & in eum omne imperium
suum & potestatem concessit, ante Vespasiani imperium
nullum fuisse; vel si fuit, aut emendicata est, aut vi extor-
ta. Haec Clapmarius.

Th. XV.

Verum, ad negandam existentiae veritatem rei, nihil
conducit, vi extortam esse; sicut hoc ipso, quod consen-
sus metu extortus fuerit, sequitur, interpositum cum fuis-
se. *Deinde* non omnem violentiam pacta excludunt: Id
quod omnes bellicae transactiones nos edocent, ad quas
raro, nisi coactus alteruter accedit, quas ea propter nullas
esse, periculi & bellorum plena res est statuere. *Negan-*
dum tamen & hoc est, coactum ab Augusto Populum
fuisse, cum is nemine repugnante cuncta civilibus defes-
sa bellis sub unius imperium recepisse ab Historicis scri-
batur.

Th. XVI.

Quando *denique* supra allegatus Dion alicubi de Prin-
cipibus Romanorum inquit: Liberi sunt ab omni obli-
gatione legum, & nullò eorum, quae scripta sunt, tenen-
tur: ille Idem Schookius ita interpretatur: Cave sis verò,
haec Dionis verba aliter interpretere, quam de legibus
Populi Romani concernentibus aut quasdam solenni-
tates, aut etiam ordinem à Magistratibus, domi militiaeque,
observari solitum, quem, quum multis modis Octavius
violasset, ipsius intererat, Legibus solvi. Et sic solutio-
nem à nexu legum ad certas solùm species restringit: pa-
riter contra ceterorum *De*: tradita.

Th. XVII.

In Republ.
Ebrao-
rum.

Th. XVII.
Reipubl: Ebraeorum incognitam fuisse Manum Re-
giam, totus arbitror. Imò neque necessariam: Postquam
Historicus atque Legumlator istius Populi statim post
egressum ex Ægypto, & cum adhuc esset Respublica abs-
que territorio, ob spei certitudinem, regiminis formam
delineaverit atque dictitaverit. Et frustra sunt, qui de-
super ad Jus Regium, de quo *1. Sam. VIII. v. 11.* provocant:
ut qui non de jure, sed facto; non usu, sed abusu loquitur.
Rhetorem egit Samuel, disuasurus Populo Regem, argu-
menta commovendi desumpsit ab incommodis, quæ li-
bertati adsuetæ Genti maximè futura erant intolerabilia.

Th. XVIII.

Accedit, quòd nec David absque pactione prævia in
Regem assumptus, confer *2. Sam. V. 3.* nec ante ipsum Saul
plenariâ potestate in omnibus fuerit usus. *vid. 1. Sam. XIV.*
45. de Samuele legimus insuper, *1. Sam. X. 25.* eum omnia jura
regni dixisse Populo, eaque in scripta redegisse, & ante
Dominum Deum posuisse: longè certè alia, quàm de qui-
bus dictum. Unde etiam Rabbini annotârunt, subse-
quentes Reges hunc librum quem Samuel de Jure Regis
scripserat, summò studiò suppressisse, ne ulla ejus super-
esset notitia, & cum eodem, norma ad quam actiones eo-
rum revocarentur.

Th. XIX.

In Re-
publ. Ger-
manica.

Priscis quoque Germanis Regiam Manum fuisse in-
cognitam, Tacitus *de moribus eorum* videtur Autor esse,
quando apud eosdem Regibus non fuisse liberam aut in-
finitam potestatem statuit. In quem sensum & Goldastus
*in oblatione sive dedicatione Tomi 3. Constitutionum Impe-
rialium* scribit: Imperatori, quemadmodum ipsis etiam
Regi-

Regibus, nunquam apud Teutones infinitam aut absolutam potestatem fuisse, sed certis limitibus ac legibus circumscriptam, cujus rei vestigium extat in *speculo Saxonico Lib. III. artic: 54.* Als man den König wehlet/ so soll er dem Reich hold thun und schweren / daß er die Warheit sagen wil/ und alles Unrecht wehren / und daß er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle/ als best er könne oder mög.

Th. XX.

Sed hæc à sano sensu paulò alieniora visa fuerunt B. Limnæo, quasi exinde illud sequatur, capitulationem cum Imperio apud Germanos unius ejusdemque ætatis esse: quod vel ea de causa absurdum existimabat, quia capitulationibus supremæ potestati quidpiam detrahi so- leat, quæ detractio neutiquam sit antiqua, sed Carolinâ demum stirpe extinctâ id ceperit; cum vero non sit simile, Carolum Magnum & posteros, qui jure hereditariò tenuerint imperium, passuros fuisse, leges sibi in suo præscribi.

Th. XXI.

Circa hæc disputari solet, utrum Lex Regia & Capitulatio sint synonyma? Ecquid & Regiæ Leges tendant ad imminutionem collatæ potestatis? Ita enim sibi habent persuasum, legem Regiam oportere abdicativam supremæ potestatis in Principem complecti translationem, Principemve omni legum vinculo absolvere: Capitulationem autem in Regnis solum Electitiis obtinere, atque usque de libertate Regia aliquid detrahere: ut adeò non benè locutus fuerit B. Carpz. quando commentario suo super capitulationibus nomen Legis regiæ præposuerit, h. m. Ad Leg: Reg: Germanorum.

B

Th. XXII.

Th. XXII.

At verò, pacta & conventiones inter Imperantes & subditos sub auspicio regni, non semper sunt uniusmodi, sed quod aliquando antecessori fuit licitum, successori adimitur, & contrà: ita ut leges imperantium aliæ incidant & minuant, aliæ integram relinquant Majestatem, & de justitia saltem & moribus patriis administrandis eos admoneant. Id quod ipsemet etiam Limnæus alibi agnoscit, *Comment: ad capitulat. prolegem: sect. 3. n. 5. & 25. ubi n. 18. in fine* asserit, ad esse Capitulationis non pertinere, imminuere quod antea fuit; sed de re aliqua variis capitulis pacisci; ac transit demum in ipsam Goldasti supra allegatam opinionem: item *sect. 6. n. p. & f.* scribit: Non singularia tantum, & quæ, citra eas si foret, licita essent; sed etiam quæ juris generalis & ordinarii sunt misceri.

Th. XXIII.

Nec movemur iis, quæ postmodum *sect. 8. n. 7.* disputantur: An lex Regia Romanorum per capitulationem sit sublata, an tantum limitata? quæ eò tendere videntur, quasi utique diversa esse oporteat. *Nam* individua cum speciebus confundi arbitramur: in quavis Rep. lex aliqua Regia, h. e. fundamentalis viget; sed diversa, pro Regiminis diversitate. Est itaque & Germanis sua Lex Regia, quàmvis alia ab illa Romanorum: ita ut necesse non fuerit Germanis, illam sive mutuari, sive mutare.

Th. XXIV.

Porro aliæ hic moventur *Qq.* Ecquid licitum sit, Principi leges præscribere? Item, An capitulatio lædat vel minuat Majestatem? sed harum decisio partim ex antè dictis colligi: partim apud alios reperiri potest.

*Longa
Manus
Regia.*

est. vid. Limnæus *dict. sect. 8.* item Stamler *de reservat. Imper. §. 8.* & Alii. Nos ad finem properamus: hoc unum addentes: Regias illas manûs aliquando aliò insuper insigniri prædicatò, ut Longæ dicantur, tum ob amplitudinem territorii, tum ob consensum & mutuam vicinorum auxilium, ita ut vix elabi possit ultionem, qui adversus eas quid tentaverit. Nam durum est scribere contra illos, qui possunt proscribere. Cujus rei nos Poëta voluit admonere, qui cecinit:

An nescis longas Regibus esse manus?

Th. XXV.

Aliò planè sensu Regia Manus Doctoribus, præcipuè practicis, significat processum executivum, sive paratam executionem. Hinc dicunt, pro literis Cambii competere actionem de constituta pecunia, quæ sola actio ex æquitate Prætoris retineat primævam suam naturam juris gentium, ut ex solo nudoque consensu producat actionem, habeat etiam REGIAM MANUM, quæ mediante expeditur, prout ante proditas actiones expediebatur, ut declarat Jason *in §. in personam. 4. de Act.* MANUS autem REGIA idem importat, quod executivè procedere. Br. *in Extravag. ad reprimendum:* (prout eum quidem allegat Dn. Marquart: *tract. de jure Mercat. sing. L. 2. c. XI. n. 38. inf.*)

Mano Regia pro parata executione

Th XXVI.

Quæ executio non immeritò quidem Regia dicitur manus, quia non solùm celeriter, sed & non attentâ appellatione expeditur: prout in novissimo R. I. 1654. §. 107. habetur, Als auch bey den Handelsstätten in Wechselsachen zu Meßzeiten und sonst casus vorkommen / da nicht allein nach Kauffmans Gebrauch / sondern nach aller Rechts-

B 2

Ge

Gelehrten Meinung / die parata executio stracks Platz ha-
ben solle / und inuerhalb 24. Stunden / oder etlich wenig
Tagen / zu geschehen pflegt / so lassen wir es auch / damit die
creditorn nicht öftters aus blosser Widersetzlichkeit der Schul-
diger / nicht allein umb die Schuld selbstn / sondern auch umb
allen credit, Ehr und Nahrung gebracht werden / darbey
dergestalt verbleiben / daß in solchen Wechselfällen / dem
Richter erster Instanz unbenommen seyn solle / obgehindert
einiger Appellation oder provocation, nach der Sachen
Bestand- und Ermässigung / entweder mit / oder ohne caution
den Gläubigern / die Execution zu volziehen / und die debi-
torn zur Schuldigkeit anzuhalten. Jam verò, aliàs inde-
pendentiæ signum est, Extrema provocatio.

De
MANU MILITARI.

Th. XXVII.

Quia tamen officium hoc Judicis magis est quàm Le-
gislatoris, ideò in Jure nostro plerumque Manus mi-
litaris vocatur : scil. quòd operà ministrorum, tribunali
addictorum, expediatur, & si necessum foret, certa mi-
litum manus in auxilium vocetur, dum fortè Rei manus
opponunt, uti est in *l. 2. C. de his qui latrones*. Sicuti
enim Executio extrema, ita potissima J. dictionis portio
est, absq; qua si fiet, frustra omnis causæ cognitio, omnis
sententiæ pronuntiatio futura est; nec enim expectan-
dum est, ut condemnati spontè facturi sint quod ju-
bentur.

Th. XXIIII.

Manus
Ministro- **Q**uamquàm neque hoc eamus inficias, Militarem
rum, hanc Manum Judicis non esse nativam ac propriam, sed
mu-

mutuatitiam & emendicatam. Notandum itaque, Executionem aliam civilem quasi ac magis privatam esse, quæ operâ ministrorum tribunali addictorum absolvitur, unde & in *l. 1. §. 2. ff. si ventr. nom.* Manus Ministrorum dicitur. Cui fermè assimilanda Potestas Prætoria h. e. actus, quò potissimum exerit potestatem Prætor, jubendo scilicet, imperando, & sic moraliter magis quàm physicè cogendo: & opponitur Juri ac Processui ordinario: Item Civilitati: quasi austeritatem sapiat & rigorem, ad quem non facilè sit prorumpendum: sicut aliàs ab executione processus non est inchoandus. vid. B. Carpz. *ad. p. 1. C. XXVIII. d. 1. n. 3. & d. 6. n. 2. & in Processu Tit. XXV. Art. 3. n. 1.*

Th. XXIX.

Quinimo, sunt Collegia, quibus, quoties ultra ^{Subje-} ^{ctum.} dam jussionem aliquid exposcit causa, brachium alienum implorare necesse est: sive, quòd sumptibus parcendis alere plures ministros non debeant; sive, in quod proclivior sum, quia dignitati eorum derogare videbatur, actus ministeriales & plerumque odiosos, suò exercere nomine. Talia sunt, Consistoria Ecclesiastica, Curia Provinciales; ni fallor & Academia, aut si quæ sunt alia, quæ Præfecturas, Senatûs oppidanos, & qui sunt alii, in auxilium advocare, aut literas executoriales ad eosdem dirigere solent.

Th. XXX.

Legantur in hanc rem *Ord. Process. Elect. Joh. Georgii. 1. Tit. 39. von der Execution und Hülffe &c. in pr. verb. wenn ein gesprochen Urtheil seine Krafft erreichet/ sollen dem gewinnenden Theil/ auff sein Ansuchen/ Executoriales mit getheilet werden. Wir befehlen auch hiermit allen*

unsern Amtleuten/ Schössern/ Bürgemeistern/ Rätthen der
Stätte &c. Daß ein jeder/ dem solche executoriales zukom-
men/ und die Hülffe zu thun befohlen &c.

Th. XXXI.

Concordat *Ordin. Cur. Provinc. Jen. Cap. 38. pr. ibi:*
So sollen Hoff-Richter und Beyfizer/ wenn die gesprochene
Urtheil ihre Krafft Rechtens ohne fernere Suspension er-
reicht/ die Hülffs-Brieffe zu geben schuldig seyn/ & post qua-
dam interjecta: Es sollen auch die Advocaten nur durch ei-
ne blosser Supplication bitten/ ihren Principalen Executo-
rial Brieffe an gewisse commissarien, oder wenn das Hoff-
Gericht dazu verordnen wolte/ mit zutheilen/ & cap. seq. pr.
es wird auch hiermit denen die Hülff zu thun aus dem Hoff-
Gericht befohlen/ und derowegen ersuchet/ ufferlegt/ daß Sie
solche unweigerlich exequiren &c.

Th. XXXII.

*Manus
Militaris*

Aliam verò executionem esse (*vid. th. 28.*) violen-
tam, & sic magis publicam, quæ non tam Lictore vel via-
tore, quàm Militibus expeditur; neque tam à Præfecto seu
Quæstore, quàm à Principe implorari & impetrari debet:
Quoties videlicet necessitas & præsentia magnitudoque
periculi id exposcit. Licet in casibus subitaneis hoc irre-
quisitò Principe propriâ autoritate privatis permissum
videatur. *vid. th. ult.* Et hanc in specie MANUM MILITA-
REM appellari observavimus, in *l. 2. C. de his qui latron:*
item Auxilium Militare, in *l. 1. C. de off. Præf. Aug.* Quàm-
vis discrimen adeò strictè non servetur, sed priori quo-
que casu Militarem inveniamus Manum dici, in *l. 68.
ff. de R. V.*

Th. XXXIII.

Modus.

Exinde fuit, Modum quoque exequendi distin-
ctum

ctum, atque alium aliò magis esse solennem. *Illà* prior
privata, per Lictorem, executorem, viatorem, unum vel
alterum, plerumque inermen: *Hac* verò posterior ac pu-
blica, numerò fit ac copià militum. Ita videmus, cri-
minalium executionem, sive ad tumultum præcavendum
ac sedandum, sive ad exemplum & terrorem, aliquot in
eam rem armatis sive civibus sive rusticis, prout oppida-
na vel provincialis exercetur Jurisdictio, expediri.

Th. XXXIV.

Abusus enim quorundam locorum est, & temeraria
consuetudo, ut populus Carnificem, si is primò ictu à nece
aberreret, faxis telisve petere soleat. Carolus igitur. V.
Imper: de securitate ipsi prospecturus, *in sua Nemese* pe-
culiari Magistratum tuitioni eundem commendavit,
P. S. D. art. 07. So der Richter den Armen auf die
Richtstatt bringet / soll der Richter öffentlich austrassen / oder
verkündigen lassen / und von Obrigkeit wegen bey Leib und
Gut gebieten / dem Richter keine Verhinderung zu-
thun / auch / obs ihm mißlinge / nicht Hand anzulegen.

Th. XXXV.

Ad hoc itaque, ut adversus multitudinem foribun-
dam satis potens sit Magistratus, oportet utique Manum
aliquam militum habere in promptu. Solent etiam ex-
sertim securitatem hanc Carnifices implorare, vid. B.
Carpz. *pr. Cr: p. 3. q. 137. n. 66.* Quid de cætero juris, si Ju-
dici ad executionem civilem faciendam parato Reus va-
resistat? vid: *Id. in suo Process. T. 25. art. 1. n. 15. seqq.*

Th. XXXVI.

Occasione horum ad Objectum delapsi, videbimus, *Objectum*
in quibus causis Ministrorum vel Militum Manús sibi vin-
dicent locum. Priorem scilicet civilem diximus, obtine-
bit

bit E. & servabitur in *causis civilibus*: Et ventilantur eadem vel in petitorio vel possessorio: ibi, processu vel solenni & ordinariò, vel summariò, extraordinariò, levatò, ut dicunt, velò. Liceat tamen petitorio & personales accensere actiones, quatenus scil. & illæ possessorio & extraordinario contradistinguuntur. Totiens enim locum habet executio, quoties ad dandum quis vel faciendum est condemnatus.

Th. XXXVII.

Judicia
realia

Prima autem, & nî fallor, frequentissima Manûs Militaris occasio est Rei Vindicatio, quâ rem nostram ab alio detentam petimus, is verò restituere jussus, cùm possit, malitiosè detrectat. In quam rem Ulpianus, dum ad Edictum Prætoris commentatus est, *Libro 50.* eleganter scripsit: Qui restituere jussus Judici non paret, contendens Non posse restituere; siquidē habeat rem, Manu militari, officiò Judicis ab eo possessio tranfertur. *l. 68. ff. de R. V.*

Th. XXXVIII.

Nimirum, hunc ipsum in finem singuli ab initio in civitates coierunt, ut quisque quod suum erat, securius possideret: adeoque si tam leviter rebus suis oblivisci voluissent, etiam extrinsecus manendo iisdem spoliari potuissent; & nî scopum præfixum inter universos assequantur, facilè dilabentur, ut metus sit, ne civitas iterum in individua diffluat. Quare Princeps sedulâ civium tuitione, promptâque Justitiæ administratione ad se externos allicere, quin sui quoque rationem habere debet, ne contemnatur sua jurisdictio.

Th. XXXIX.

affinia:

Juramen-
tum in li-
tem

Idem Syntagmati suo civili inseruit Magnif. Dn. Struv. quando *Exercit. XI. th. 27.* rem controversam damna-

mna-

mnato auferendam statuit: atq; eod. tract. Ex. XVII. th. 61.
notanter admonet, in arbitrio Judicis esse, utrum jura-
mentum in litem deferre, an manu militari rem auferre
malit. Unde istud insuper discimus: Coincidere hacte-
nus duo isthæc remedia: Juramentum litis æstimatorium,
& Manum militarem, parique passu ambulare. Id quod
ad naturam manûs nostræ clarius percipiendam oppidò
contribuit: Permittuntur enim invicem subordinari, sive
alternari.

Th. XL.

Neque solùm duo hæc, sed & Missio in possessio-
nem bonorum, invicem succenturiantur. Ita enim præ-
laudatus Autor dict. tract. Ex. XLIV. th. 18. scribit: Fit
executio in rem judiciò peritam, & per sententiã adjudi-
catam, si certum corpus actione in rem personamve pe-
titum sit, & extet; & quidem aut Manu Militari res aufer-
tur & actori traditur, l. 68. ff. de R. V. aut in possessionem
actor mittitur. l. 1. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. Quàmvis,
si penitus inspexeris, perinde est, utrum res mobilis mihi
auferatur, an ego immobili: sicut aliàs rerum mobilium
violenta ablatio, Vis ablativa; Immobilium, Expulsiva
dicitur.

Missio in
poss. bon.

Th. XLI.

De actionibus quoque personalibus protestati su-
mus nos acturos, adeoque th. 30. licentiam expoposcimus.
At verò, dubium alicui de super suboriri posset, utrum in
actionibus illis Manus Militaris aliquem invenire locum
possit? quoniam scilicet ibi in personam agitur, tum ob
factum præteritum, Contractum nimirum vel delictum:
tum ad obtinendum à reo aliquod factum futurum, præ-
stationem ejus quod in se recepit. Jam verò, Facta non

Judicia
persona-
lia.

C

sunt

Sunt entia extra causas suas existentia, & in rerum natura jam constituta, sed demum à reo producenda, cui ægerri-
mè possunt extorqueri. Quid enim, si mori quàm face-
re malit? quid si faciat, sed ita corruptè, ut actorem id ob-
tinuisse pœniteat? vitium enim occultum potest rei effe-
ctæ imprimere.

Th. XLII.

Et hoc ipsum post alios observavit prælaud. Magnif.
Dn. Struv. quando in *Syntagm. civ. Ex. XLVII. th. 22. in.*
m. pag. m. 831. in stipulationibus distinguit, utrum datio-
nem contineant, an factum: ut priori casu præcisè res
præstanda sit, nec oblatione ejus quod interest actoris
promissis fiat satis: Posteriori secus: rationem differen-
tiæ subnectit: quia scil. non perinde ut Res manu milita-
ri auferri, ita ad Factum quis cogi potest aut debet. *l. 71. §.*
2. de Condit. & dem. l. 2. de lib. hom. exhib.

Th. XLIII.

Cùm enim, ut dictum, ad mortem usque resistere
Magistratui Reus promissor posset, & sic ingratis ejus à
facto se eximere; nec actor suum consequeretur scopum,
exigendo; nec Judex, occidendo: Ideò, ne frustra sit Ju-
dex, & contemptui suam exponat jurisdictionem, alia via
fuit excogitanda, quâ & suæ consulatur autoritati, & de-
siderium actoris quodammodò expleatur, ut scil. Reus
ab officio faciendi redimat se, præstando id quod actoris
interest, factum non obtinuisse: id quod in obligatio-
ne rerum necesse non fuit, ut quas sanas atque integras
invito etiam detentori auferre possumus.

Th. XLIV.

Ad faci-
endum an
cogi quis
possit?

Sed quid est, quod idem Nobilissimus Autor *dict.*
tract. Ex. XLV. th. 5. ait. Magistratûs Romanos, si præce-
ptis

ptis suis, itidem circa Facta interpositis, paritum non
fuiſſet, aut actionem dediffe, aut etiam Manu Miniſtro-
rum juſſa exſecutos fuiſſe? Facta enim utique ſunt: Vim
inferre, uſum rei impedire. An diſtinguemus inter fa-
cere & non facere? ut de priori loquatur in *alleg. Ex.*
XLVII. th. 22. de poſteriori verò in *Ex. XLV. th. 5.* ita ut
cogere poſſit Prætor ad omittendum, & ſic factò interdi-
cere: v.g. in interdico Ne vis fiat, it. quando alicui forò
vel negotiatione interdicit.

Th. XLV.

An fortè, de ſupplemento Prætoris id exaudien- *Supplen-*
dum, quando ex officio ipſe facit, vel per Miniſtros fa- *cur à lege*
ciendum curat, aut certè fictione juris pro factò reputat, *vel Judi-*
quod reus facere debuiffet? *ut in* impedimento uſus rei *ce*
ſuæ, ſi v. g. jus itineris mihi competens, aliquis foſſâ vel
ſepimentò occluſerit, Magiſtratus illa tolli & deſolari
per miniſtros curet. *Aliud exemplum* ſuppeditat Ulpia-
nus lib. 68. ad Edictum, ſi quis miſſus fuerit in poſſeſſio-
nem, fidei commiſſi ſervandi cauſâ, & non admittatur,
potestate Ejus inducendus eſt in poſſeſſionem, qui eum
miſit: & poſt pauca: extra ordinem ipſos jure ſuæ po-
teſtatis exequi oportere decretum ſuum: nonnunquam
etiam per Manum Militarem. *l. 3. pr. ff. Ne vis fiat ei, qui*
in poſſ. miſſ.

Th. XLVI.

Et ſunt certè *caſus* compluſculi, quibus contuma- *Litis con-*
ciam reorum, juſſa expedire recuſantium, ſupplementò, *teſtatio.*
& ipſius Magiſtratûs factò coërceri videmus; ne ſcil. ma-
litiâ ſuam ferant inultam. Sic præter allegata exem-
pla Reus, qui præſens in judicio litem planè non conte-
ſtatur, ad legitima condemnatur impedimenta. *Defe-*
ctum

ctum verò justæ & perfectæ litis contestationis, si non statim in secunda positione suppleat, primò restitutione expensarum illius termini, deinde sub pœna confessionis ad hoc adigendus. Et tandem *lis pro affirmativè contestata* est habenda, annexâ condemnatione: *Dasz nu mehr lis pro contestata, und Beklagter pro confesso billich zu halten / Derowegen Er ic. vid. B. Carpz. Process. Tit. X. art. 4. per tot.*

Th. XLVII.

*Conclusio
in causa.*

Ad sententiam deindè ferendam, post alia, necessè est, ut partes litigantes in causa concluderint, & ulterioribus allegationibus renunciaverint: Menoch. *A. J. Qv. 35. n. 8. Mynsing. 3. obs. 17. n. 1. seqq.* De substantia tamen sententiæ, ut post conclusionem à partibus formaliter & naturaliter interpositam lata sit, esse non videtur: adeoque si Judex satis auditis partibus, & præfixò terminò peremptoriò ad probandum elapsò sententiam ferat, nullitas nulla committetur, licèt allegationibus & probationibus utrinque nondum renunciaverint. *Auth. Jubeamus. C. de Judic. Bachov. ad Wesemb. de sent. & re jud. n. 7. lit. G.* sic in Camera Spirensi, quando alterutra pars concludere nolit, Judex eâ invitâ *causam* in contumaciam *pro conclusa* acceptare & pronunciare solet. Geil. *1. Obs. 107. n. 2.*

Th. XLVIII.

Recantatio injuriantu.

Porro qui alios injuriis prosciderunt, ad recantationem damnati, multoties eam ad actum deducere nullò modò volunt. Opus E. & ibi est, ut factum hoc, quia invitis extorqueri non potest, Manu Magistratûs suppleatur: Id quod hòc modò expeditur, ut *Lictor* in Judicio, Judice & reò præsentè, hujus nomine *palinodiam perficiat*;

ciat; ac solet hoc quandoque publicis edictis ad omnium notitiam deduci. Solus verò Lictor si reò absente hoc peragat, partì læsæ sufficienter satis non esse factum, Scabini Lipsienses M. Nov. 1609. requirenti Serenissimo Sax. Electori responderunt, referente B. Carpz. *pr. Crim. p. 2. q. 94. n. 29.*

Th. XLIX.

Copulantur denique quandoque inviti à Pastore *Responsio* vel Ministro Ecclesiæ, conjugium promissum consum- *copulan-* mare recusantes, cujus negotii peragendi formulam à *dorum.* supremo Electoris Sax. Consistorio *d. 19. Apr. 1607.* Superintendenti Coldicensi præscriptã huc transferre si licet, lubet: *Lieber Hanns G. ob du wol auff meine/ an Gottes statt dir fürgehaltene Frage mit Nein geantwortet/ (oder gar nichts antworten wollen) diemeil aber doch wolermeldtes Consistorii Urtheit und Befehl an deine statt Ja gesaget/ welche deiner ordentlichen Obrigkeit Stimme in solchem Fall für Gottes Stimme zu halten/ so bleibets dabey billich/ was Gott zusammen fügt/ soll der Mensch nicht scheiden/ weil denn gegenwertiger Hanns G. und C. T. uff rechtliches Erkän- niß/ vermittels der Obrigkeit Hülff hinfüro ehelich bey ein- ander wohnen sollen/ So spreche ich Sie ehelich zusammen/ im Nahmen des Vatters / des Sohnes / und des Heiligen Geistes Amen. quæ pluribus repræsentat B. Carpz. lib. 2. Jprud. Consist. d. 125.*

Th. L.

Recordamur tandem, nos supra *th. 28. & 32.* Execu- *Manus* tionem aliam privatam, aliam publicam; & sic Manum *militaris* aliam Ministrorum, aliam Militum constituisse: de illa *in Tri-* priori etiam à *th. 36.* usque huc egisse, sequantur ergò *butis.* nunc causæ publicæ: Quò referimus (1) TRIBUTA:

ad ea enim quilibet hōc ipso obligatus est, quō in civi-
tatem recipitur. Naturæ siquidem nihil est convenien-
tius, quàm, ut qui commoda sentit, incommoda ne
detrectet: Atqui, Jus Civitatis alicubi ambiens & im-
petrans, securitatem & beatitudinem, quibus reliqui
fruuntur, ibi quærit, Conferat E. & is de suo quantum
potest.

Th. LI.

Officium, Tributa exigendi & recipiendi, in quavis
Republica certis personis committi, & à Jure dicundo di-
stincta solet esse functio, adeoque nec nativâ gaudere
potestate & executione: dum scil. quivis spontè debe-
bat offerre, quod sibi incumbit. Inde etiam Sacra vo-
cantur Largitiones, quib9 peculiaris Comes erat præpo-
situs, de quo est *Tit. Cod. de offic. Comit. sacrar. largit. sa-*
cris hisce largitionibus juris antiqui, si ex moribus ho-
diernis vocabulum respondens quæras, occurrent Va-
sallorum *Præsent Gelder* & Gallorum *Don gratuit*.

Th. LII.

Quia tamen cunctationes admodum frequentes, &
plerumque noxales nectunt, morosi fisci debitores: Ideò
auxilium aliquod à Principe solent impetrare rerum fi-
scalium administratores, militem unum vel alterū; quos
hodie vulgus *Exequirer* vocat: Eaque cura olim in Ægy-
pto ad Præfectum Augustalem pertinebat, ut cujus provi-
dentiâ tributa per illam Provinciam adhibitō, si opus es-
set, Militari auxiliō exigebantur. *l. 1. C. de off. Præf. Aug.*
Magnif. Dn. Struv. Synt. civ. Ex. IV. th. 33.

Th. LIII.

*Latronū
persecu-
tione.*

(2) Deinde latronum persecutionem & persecu-
tionem. De qua Marcianus Imp. ad Palladi in Prætorio
Præ-

Præfectum. *XII. Kal. Jan. A.C. 423.* rescripsit, si civilia non
sufficiant adminicula, & latrones cum suis receptatori-
bus audaces objecerint Manûs, tunc Judex provinciæ à
Tribuno seu Primatibus militum, qui in locis sunt, auxi-
lium postulet, ut per Militarem Manum correpti accusa-
ti poenas subeant competentes, in *l. 2. C. de his qui latro-
nes vel al. occult.*

Th. LIV.

Diffidatio hæc, latrocinium, aut si quò aliò honoris
titulò nominandum, Germanicè *Plafferey* dicitur, à di-
vexando, & incommodis creandis. De quibus in provin-
ciis Saxonis plures extant constitutiones, v. g. (1.) de
Anno 1547. quæ consiliò aliorum Principum Confraterni-
tate unitorum renovata, & *1555.* constitutioni Provincia-
li Electoris Augusti inserta, sub tit. *Plafferey.* Qui istud
peculiari edictò, sub dato *Dresda ultimò Martii 1571.* re-
petiit. De Zygenis similis fermè extat dispositio Electoris
Joh. Georgii. *I. de Ao. 1652. 24. dec.* ubi in univèrsum re-
peritur dispositum, ut mediante pulsu campanarum cir-
cumhabitantes ad latronum persecutionem evocentur.
Ibi: Es sollen auch die Einwohner der offenen Märkte/
Flecken / Kresschmar und Dörffer / bey schwerer Straffe
schuldig seyn / alle unbekante Reuter und Fußgänger / so sich
bey ihnen umbdrehen / sütteru / oder über Nacht bleiben wol-
len / gefänglich annehmen / oder da sie fliehen / ihnen mit
dem Glockenschlag zu folgen / und also lange nachzueilen / bis
die gefänglich eingezogen / und den Verwalter der Gerichte
geantwortet werden / welche nach Befindung der eingezo-
genen Schuld oder Unschuld bey sich zu schliessen haben sol-
len / ob die wieder ledig zu lassen / oder länger in Verwah-
rung zu halten / und uns / oder unser Regierung / davon Anzei-
ge

ge zu thun sey/ und ob iemands/wes Standes der sey/ in un-
fern Landen und zugehörigen Stifften/ die so unbekant / oder
böser Handlung verdächtig/ beherbrigen / ihnen Vorschub
oder Förderung thun/ und Schaden darauff erfolgen würde/
So sollen alsdann dieselbigen Vorschüber/ Förderer/ Hau-
ser und Heger / nicht weniger dann die Thäter und Beschä-
diger/ und als ob sie die Thaten selbst geübet/ darumb ge-
strafft / und ihnen darwider keine Entschuldigung noch Be-
helff über diese unsere offene Warnunge und Verboth zu-
gelassen werden. *Plura possunt legi in nov. corp. Jur. Sax.
part. 1. p. 42. 61. 186. & sim.*

Hæc sunt, Benevole Lector, quæ pro ingenii
& paginarū, quibus me inclusi, angustia de MANU
REGIA & MILITARI ad disputandum proponere
volui. Si verò non omnia accuratè tradiderim,
aut nimis angustè attigerim, vel planè nonnulla
omiserim, veniam à benevolentia tua oro, quam
& exorare nullus dubito. Cum Deo &
die meliora.

Interim
DEO TRIUNO GLORIA;
ERRATIS VENIA.

Re-

Regum, Martisequunque Manus quid possit & aufit,
Differis è Phœbi fonte manuque probas.

Non ferrò, ast verbis præclara pericula tentas:
Hinc Deus ut Tibi det vela secunda precor.

Eximio Dn. Respondenti, bon. r. e. grat.

Christoph. Philippus Richter / D. Com. P. C. Collegii
Jurid. Ordinarius & P. P.

Pressa suos quando *Fructus* nunc dejicit *Arbor*,
Et misso tenerem pondere pulsat humum:

Tu quoque *Fielbaumi*, qui scribis ab Arbore Nomen,
Nominibus monstras *omen* inesse tuis.

In Libri generosa legis tua poma canistro
Tellus quæ *mentis* sat benè culta tulit:

Colligis, & doctis offers libanda libellis,
Quid fragrent magni, quid sapiantve boni?

Lator de fructu tanto, ni crescere cessas,
Crescet in immensas *Mellis* opima fruges,

In gremium *Themis* alma, tuum sua munera mittet,
Ne procul à proprio stemmate poma cadant.

Sic ad Nomen Nobilissimi Dn. Disputantis alludere, deq. Au-
diis suis benè ominari voluit

PRÆSES.

LA Reggia Man & la Man Militare
Che della pace recan i bei frutti,
Dichiarano celebre appo tutti,
Friderico Fielbaum nel disputare.

Si nelle sue seprola presenta disputa col suo Amico.

Carlo Caff. D. P. P.

Mon frere poursuivés c'est la perseuerance
Qui seule de *Themis* peut ouvrir le Palais
Et cependant c'est pour iamais
Qua ses urais *Courtisans* elle y donne Sceance.

Rodolf Fielbaum. Secret.

C'est Vostre bel Esprit,
Mon *Fielbaum*, qui produit

En

En Airbre, ce fruit
Ce renomme Ecrit.
Poursuivez: Vous serez des Princes Favorit,
Et Vostre noms commance a monter auzenit.

Caspar Lizman.

Wer schon bey den Büchern sitzt / wann das güldne Aug der Welt
Eilet von der untern Erd / zu dem tauichte - feuchten Felde /
Macher nun den Schatten streiff / mehret endlich seine Strahlen
Und durchleucht das ganze Rund / läst dann wider unbemahlen
Was zuvor vergüldet war; wer so / sag ich / stetig sitzt /
Bey der stummen Bücher Schar / und bey den Gelehrten schwisst /
Der mus auff Parnassens Spiz eine Stelle überkommen /
Und in der Gelehrten Zahl endlichen seyn aufgenommen: (weist
Diß bezeuget seine Schrifft / werther Freund / wenn Er heut
Was vor diesen ohn Besetz / recht doch oder unrecht heist.
Ich wünsch nun viel Glück dazu / Gott der geb' aus Ehre Ehre /
Daß die Ehr das Glück vermehr / und sein Seegen offte beschere.
Mit diesen geringfügigen wolte seinen sehr werthen Herren Landesmann beschreiben
Es. Waldm. Cogn. Seyger.

Wenn ein berühmter Heldt / sich tapffer hat geübet
In des Mavortis Krig / durch seiner Hände Macht /
Der wird ins künfftige von Jedermann geliebet /
Weil Er nicht schlechten Ruhm / den Seinen mitgebracht:
Bielmehr mein wehrter Freund seid Ihr aniez zuloben
In dem durch euren Fleiß / die Fürst- und Krieges-Zand /
Wird in der Themis Sitz / mit höchstem Ruhm erhoben /
Wie der Gelehrten - Schar ist mehr als wol bekant;
Ich lobe euren Zweck / Ihr hab' es recht geröffent /
Es soll nun eure Müh / und ungemainer Fleiß /
Für aller Neider - Schar wol bleiben ungerochen /
Ihr werdet bald hierauff erlangen Ehr und Preis.
Mit diesen wenigen hat seinen Hochgeehrten Herrn Stubengestellten und
werthen Freunde Glückwünschen wollen /
Johannes Menge / von Soest
aus Westphalen.

••• (o) •••

63158

AB 63158


ULB Halle 3
002 422 263



86

VD 17







JEHOVA MODERANTE!
DISPUTATIO JURIDICA
DE
MANU RE.
GIA ET MILITARI,

Quam
DIVINA AUXILIANTE GRATIA
Permissu & Auctoritate Magnifici, Nobilissimi &
Amplissimi Jctorum Ordinis in Illustri & Florentissima

LL. nutrice SALANA
SUB PRÆSIDIO

VIRI
PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ET EXCELLENTISSIMI

D. N. ADRIANI BEIERI,
J. U. D. LONGE FAMIGERA-
TISSIMI,

Domini Fautoris, Patroni atq; Praeceptoris quòvis
observantia cultu atatem prosequendi,
publicæ Doctorum Disquisitioni submittit,
In Auditorio Jctorum, Horis consuetis

FRIDERICUS J. J. BAUM
Pofoniò-Hungarus.

AUTOR & RESPONDENS.

Ad Diem Octobr. M. DC. LXIIX.

JENÆ, Typis WERTHERIANIS.